



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De milite, qui virtute sacrae communionis in duello triu[m]phauit, cap. 48.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Icopus verò hæc audiens a sacerdote, & ipse Deū glorificauit. APOLLONIVS: Rem recitas valde miraculosa. CÆSARIVS: Si Helias propheta in fortitudine 3. Reg. 9. panis ordeaçei ambulauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus usque ad montem Dei Oreb, quid miraris, si femina hæc in columis potuit viuere pasta pane vitæ? Multiplex ex illo fortitudo est, non solùm animæ, sed & corporis. Aliud habes supra exemplum de virgine de Quido, quæ præter Christi corpus nihil comedit, excepta vua quam sugebat, in distinctione septima capitulo vicesimo hoc reperies. Audi nunc rem satis gloriosam.

CAPVT XLVIII.

Lvdovicus comes Loffensis, pater huius qui adhuc superest, etiā comiciam tenebat de Reinecke; cui propter * licentiam miles quidam mini- * . ab sterialis bene natus multas inferebat injurias, sua sibi *femiam*, usurpando, & homines ad comitiam pertinentes deprædando: quod cùm omnibus amicis suis comes cō quereretur, & die quadam diceret cuidam nobili viro, qui ab eo bona tenebat: Quare mihi non capit is illum prædonem? Respondit: Bene eum caperem, si essem securus, quod a vobis in corpore non laderetur. Quem cùm accepta fide cepisset, comes sophisma faciens, protinus sepulcrum fieri iussit, in quo militem mollibus inuolutum sine pena poni fecit, sicque terra opertum extinxit. Cuius cognati mox furentes, corā Imperatore Frederico, ano huius, qui nunc imperat, contra præfatum virum nobilem, cum multa vocifera- ratione, querimoniam deposuerunt, dicentes, quod accepta pecunia comiti illum tradiderit. Cumq; Imperator fremeret, innocentem damnare volens, miles quidam honestus, ascenso scamno, loquendi licentiā petiuit & obtinuit; Domine, inquiens, medietatem vix verborum audiuiistis, si miles præsens esset, fortè bene se excusaret. Respondente Imperatore, Licentiam habas adducendi eum: miles militem adduxit, qui cū per aduocatum plenè se excusasset, instigantibus aduersariis, Imperator respondit: Verba sunt, nō sic po-

nam euadet. Resistente ei milite, qui illum adduxerat, & dicente, Domine, si eum iateritis, nunquam de cætero verbis vestris credetur. Placatus Imperator aje-
cit: Modò liber abscedat, & si a me vel a meis poitea
captus fuerit, traditionis pœnam exsoluet. Cumque
vir nobilis venisset ad limen palatij, sciens longas re-
gibus esse manus, stans & apud se deliberans, rediit ad
judicium, dicens: Domine non possum effugere ma-
nus vestras, tantum prælumo de mea innocentia, & de
Dei misericordia, ut in instanti paratus sim me defen-
dere secundum quod justitia dictauerit: & cum sim
nobilis, juri meo cedo. Respondit Imperator, Modò
loqueris sicut probus vir. Quæsusus est in parte ad-
uersaria miles fortissimus, qui cum singulari duello
impeteret; die verò altera vir nobilis, præmissa con-
fessione, corpus Dominicum suscepit, scilicet cum ad-
uertario iuio, spem habens in eodem sacramento, cir-
culum pugnaturus intravit: quem cum ille, sicut vir
validissimus, impelleret & propelebat, & venienti si-
mul ante Imperatorem, audiente tam Imperatore,
quam circumstantibus Principibus, pugil clara voce
ait ad militem: Dic mihi, comedisti anquid hodie re-
spondente illo, Etiam, corpus Domini mei comedisti.
Miser ille subjunxit: Etiam si diabolum comedis,
hodie te prosternam. Ut autem pius Dominus sacra-
menti virtutem ostenderet, mox post verba blasphemie
vires blasphemie subtraxit, & suum militem adeo
roborauit, ut illum coram se minaret ut puerum, nec
stare posset. Qui tandem se reddidit, sicque per eum
Dominici corporis miles fidelis victoriā adeptus,
cum multa gloria ad sua liber repedauit. Hac nobis
retulit Theodericus monachus noster, quandoq; co-
mes in Wida, qui duello interfuit, & haec, quæ dicta
sunt, vidit & audiuit. Igitur sacra communio salus est
& animæ & corporis.

CAPUT XLIX.

Miles quidam nobilis, terram habens & castra, a-
pud prædictū Fredericum Imperatorem a mul-
tis accusatus est, quod prouinciam spoliaret: quem
cū